

Jubiläa:

1. Kirchmaier, Ge. Quil., progr. De admiranda academie Witteberg. origine, erat. De singulari providentia Divina in Augustini I reg. elect. Wtbg. 1716.
2. Ziegler, Casp., progr. De rationibus Friderici Sapientis quod in usus Wittebergia academiae locum dedit. Wtbg. 1687.
3. Hannius, Aegid., oratio in qua praedicantur beneficia Dei in acad. Witteberg. collata cum prius beneficium repurgatae doctrine evang. Wtbg. 1602.
4. Neumann, Joh. Ge., progr. De regum Sueciae meritis in acad. Wittebergensem. Wtbg. 1706.
5. Hunnius, Egid., pentecostes vobis in libellis de his mis. Wittstock. Wtbg. 1602. Programma facult. philos. in solennitate acad. jubilæa. Wtbg. 1602.
6. Das Jubiläum in der Wittstock. 1702.
7. Das Jubiläum in der Wittstock. (1702).
8. Das neuentw. u. profitorum in der Wittstock. (1702).
9. Gleich, Joh. Andr. Lob- u. Pfadübung. Dafel wegen zweyßig Jubiläums in den Geschichtspunkten der Wittstock. II u. die Miss. Wittstock. 1802. Druck.
10. Quod Jubiläum neuentw. zurück zu Wittstock. Wtbg. 1702.
11. Quod Jubiläum zurück zu Wittstock. Lutheranum auf die Universität in Wittstock. 1717. Wittstock vollendebat verebatur. Wtbg. 1717.
12. Weickmann, Joach. Sam., To duov in pace religiosa - commentatione altera colit. Wtbg. 1755.
13. Deutschmann, Joh., Tempulum omnium sanctorum. Wtbg. 1696.
14. Petzl, Chipp. Christi. Secundariae operacionis Dankespreisung nach Kipfel in den Sälen Kriegs zu Wittstock aufgestellt wird. Als das Reiffstall Melanchtonii superuman exponitur. Wtbg. 1573.

15. Leier, Mart., Inckvtagiaglobat om̄ Gaspragn in V. Unio. Niens. Witbg. v. 1.
16. Boden, Benj. Gli. Laur., Viteberga restituendo Lutheri templo gloriator. Witbg. 17.
17. Redrucke der Constitution u. Litteral des Gasprg Consistorij zu Wittenberg
Sind Litteratur u. andern geistl. 1543. Hnua 188.
18. Hammer, Ge. Fr. præs. fo. Adam. Calo, Disp. hist. commemorans Cris. calvini
nianos qui post obitum Lutheri Wittenbergam turbarunt. Witbg. 1714.
19. Statuta b. C. S. Conf. Convictorii auf P. Unio. Wittenberg. v. 3.
20. Statuta das Unio. Wittenbg. von Professore Lillan. (1696.)
21. Foundation der Wittenberg. u. Witbg. in Fidei tag P. Unio. zu Wittenbg. 1636.
22. Coler, Joh. Chp., De Gli. Wernsdorfii meritis. Witbg. 1719.
23. Niler, Benj., De professore professorum in acad. Wittenberg. (i.e. Walter).
s. l. b. a. (1740).
24. 25. Boehmer, Ge. Rud. et Weickmann, Joach. Sam., progr. acad., Delande
orthodoxiae Vitebergae retinenda.) Witbg. 1767. 1768.
26. 27. Langguth, Ge. Aug., et C. Dan. Freyberg, progr. acad. (Wittenberg a cisterne
finens Doctrinæ). Witbg. 1771. 1772. [N. Nov. Aug. das Ponit. Karol. agt
i. 2 dect. fo. Fr. Hiller].
28. Evangelium istre Woßtag sonyan niunb bei das Nation. Wittenberg q. d. liff
niunb Kaslog ihan Beneficii. Witbg. 1708.
29. Winckler, Joh. Jos., Arcanum Regium Sciam seu vniuersitatem Witten
v. O. 1702.
30. Wernsdorf, Gli., progr. (econciis in Lutheri cathedral. et acad. Wittenberg.
conciis). Witbg. 1610 (i.e. 1710).
31. Nachweis einer Jesuiten Z. Pauli zu Saar u. Wittenberg. Abw. niunb Se
bandkugne. v. O. 1715.

32. (1. ne 40.) Taubman, Fr., Oratio ex more collegii philosophici Wittenberg.
festo B. Catharinae habita. Wtbg. 1596.

Dreitauzig. Predicatione zu Marienfesto gehalten. R. retinuerunt. Disputatione
disputatae quatuor cum questionibus et respondentibus. Wtbg. (1596.)
Macki's Leibnitzburg. oder Marienfesto in diez. Sophia de laet. Käyser. Krieger.
Kurf. Kurf. Joh. Walther von Werner's Leibnitzburg. Enig. 1. 2.

Wernsdorf, Gli., progr. (De Cosma et Damiano tutelaribus et patronis facultatis
medicæ in acad. Wittenberg.) Wtbg. 1717.

Poerner, Fr., De Cosma et Damiano artis medicalis Quis tutelaris. Rem. 1. 2.
Zangath, Ge. Aug., progr., De plica xiv pedum museo acad. nuper iusta. Wtbg.
atque Afr. Catalogus plantarum in primis exoticarum horti acad. Wittenberg.
Wtbg. 1721.

3. Zangath, Ge. Aug., Hortus academ. Wittenberg. (carm.) Wtbg. 1748.
3. Taubmann, Fr., Oratione festum collegii philos. in acad. Wittenberg. verba celebrati.
a. 1597 & 1598. Wtbg. 1598. (p. n. 29.)

11. Calo Jo. Adam, progr. (De professoribus Wittenbergensis Lipsianis)
Wtbg. 1711.

12. Reges Docentum et Disputantium in acad. Wittenberg. Wtbg. 1607.

13. Idem. 1703.

14. Idem. 1712.

15. Idem. 1605.

16. Jessenius De his Jessen, Van. Colassus anagrammaticus ex nominibus
illustribus ad Albinum academiacae. Wtbg. 1703.

47. Bochmer, Jo. Ried, progr. (Weijrauchi "renovata memoria"). Wtbg. 1779.
 48. Leonhardi, Joh. Gfr. progr. (laus illustrissime comitis de Kornfai genit. zendorffiae). Wtbg. 1786.
 49. Wernsdorf, Fr. progr. (de meritis Valerianis in academiam Wittbgs.). Wtbg. 1787.
 50. Schwarz, Carl, Norimbergensis De inclita aca. Wittbg. bene meritos recensere pergit. Altbg. 1715.
 51. Schwarz iur. gl. progr. (De Viti Ditterei et Laur. Durnhoferi meritis in alias academias [Nordbergensem]). Altbg. 1716.
 52. Saudenberghausen in aice qualibet in ducatis post. obna zu Wittnau, in Linz in der Untere Laute wiesandt in Dürschnau (der Name von Kleist in Lamin). v. O. 1769.
 53. Dertel, Heinr. Gottlieb, Antiquorum Historia, usq; u. ipsius Iesu, in se et usq; antiquorum studiis. (Gotha 1758).
 54. Winckler, Joh. Ios. Arcanum regium. Societatem onorabilissimam Wittbergensem. v. O. 1770.
 55. Mehals F. J. S., Sonderum Echo, seu Wittbg. Musaeus. Pustula in operis Litterariorum Wittbergensium. 1678.
 56. Plumberg, Car. Gottlieb, in foach. gerh. Ramum studiosum ramo arboris sessilegantem. v. O. 1688.
 57. Bruno, Jordanus, Nolanus, Oratio valedictoria. Wittbg. 1588.
 58. Duo scripta academiae Wittbg. contra Conr. Schlusselburgium et lib. Schirmerum. Wittbg. 1588.

De Meritis regum Svecicorum in Academiam Wittenbergensem

Q. D. B. V.

47.

3

FACULTATIS THEOLOGICÆ,
IN ACADEMIA VVITTENBERGENSI,
PRODECANVS,
IO. GEORG. NEVMANNVS,
SS. Theol. D. Ejusdemque P. Publ. Consistorii Electoralis
Ecclesiastici Assessör, & Acad. Bibliothecarius,
VIRO SVMME REVERENDO, MAGNIFICO
ATQVE AMPLISSIMO,
DN. M. PETRO MALMBERGIO,
SVDERMANNIA-SVECO,
SACRÆ REGIÆ MAJESTATI SVECICÆ
a Confessionibus & Concionibus primariis, Consistorii Au-
lico-Castrensis Præfidi Gravissimo, Symmystarumque
Castrensem Superintendenti, undiquaque
meritissimo,
SAL. PLVRIMAM DICIT,
EIDEM QVE
LICENTIAM
AD CONSEQUENDOS SVMLOS IN THEOLOGIA HONORES,
OB DOCTRINÆ ET MERITORVM, QVÆ IN ECCLESIAM
EXTANT, GLORIAM,
OB SVMMA M, IN FIDE ORTHODOXA, CONSENSIONEM,
ET SACRI MVNERIS AMPLITUDINEM ET SPLENDOREM,
EX ACADEMIÆ DECRETO, ET COLLEGII
THEOLOGICI CONSENSV
CONFERT.

WITTENBERGÆ, Literis GERDESIANIS.



THEATRUM THEOLOGICUM
ACADEMIA LUTETIANAENSIS
PRODEGANTIS
IO. GREGOR. NEFLANDUS
EX LIBRIS KAROLINI RICARDI
ALIOE MELISSAMIO
DINITRIONATURERGIO
SACRA REGIA MATERIA SACRA
EX CATHOLICISMO CONSTITUTA
CATHOLICISMO CONFIRMATA
SANCTA MARIAM DICIT
PREDICAT
LICENTIA
AD CONSISTENTIAS SUMMAS IN THEOLOGIA HOMORES
DE DOCTRINA ET HERETICO IN PECTORE
EX CATHOLICISMO CONFIRMATA
EX ACCEPTE DECRETALIS ET GÖTTLICH
THEOLOGICOGOSSINIS
CONFESSOR
THEATRUM THEOLOGICUM GERMANICUM



I. N. J.



Vanquam, pro horum
temporum calamitate,
ne fieri qvidem pote-
rat, qvin, Patriæ fines
ingrediente POTEN-
TISSIMO SVE-
CORVM REGE, timor nos omnes
incefferet ac propemodum conjiceret in
fugam; simul tamen ac tanta, tamqve
inusitata MAXIMI REGIS clemen-
tia ex tot manifestis undiqvaqve indicis
elucesceret, & publicis insuper tabulis
confirmaretur; illoco respirare iterum
hæc Patria, & ipsa Musarum domicilia re-

A 2

crea-

creari qvodammodo, & refocillari sunt
visa. Cum enim omnes, per Germani-
am, Athenæ, qvaqva saltē patet Ec-
clesia purior, aut per communia illa sa-
cra, aut per liberalia optimarum artium
studia, propitium sibi fore **RELIGIO-**
SISSIMVM REGEM considerent;
Academia certe nostra, cum qvibuslibet
aliis de palma contendere, eoqye majo-
rem de conseqvenda Regis gratia spem
concipere debuit, qvo plura immunita-
tis documenta numerat, a Regibus He-
roibusqve **SVECORVM** olim gratio-
fius impetrata; ut proinde hæc bona-
rum artium ac literarum sedes qvandam
Gratiæ SVECICÆ possessionem sibi
vindicare, aut qvavis certe occasione il-
lam renovare studeat. Nam **GV-**
STAVVM quidem **ADOL-**
FVM, immortalis memoriæ Regem,
accepimus, cum, ineunte superiori se-
culo,

culo , deploratis Germaniæ rebus suc-
curret , almam hanc emendatæ religio-
nis matrem tanti dignatum fuisse , ut con-
cesso securitatis diplomate , quod nobis
suppetit , pagos ac prædia , qvibus illa
sustentatur , ab oneribus bellicis liberaret ,
ferioqve caveret , ut ne levissima quidem
injuria , a milite hac transeunte , afficeren-
tur . Tum qvoqve Rex , cum Albi trans-
misso , mille circiter passus VVittenber-
ga abefset , & studiosi nostri ad eum vi-
dendum catervatim excurrerent , comiter
ipsoſ allocutus est , & **LVTHERI FI-**
LIOS , qva compellatione nihil blandi-
us esse poterat , salutavit . Inprimis au-
tem Professoribus Theologis colloqvi
intra tentorium suum copiam fecit , his
inter alia dictis : *A vobis ex hoc loco
Evangelii lucem in Sveciam accepimus ,
quam , cum hostis obscuratum eat , ad vos
venimus , illam cum DEO tuendi , aut
iterum accendendi animo . Qvod ta-*

A 3.

metsi

met si levius qvidam tantoqve Heroe
inferius videri possit, ita tamen amplum
& luculentum de conservanda puriori
Ecclesia testimonium est, ut dignum cen-
suerit Loccenius CL. V. qvod Svecanæ
insereretur Historiæ, atqve ad omnem
posteriorum memoriam transmitteretur.
Inseqventi etiam tempore, cum, qvæ ani-
morum æqve ac rerum perpetua vicissi-
tudo est, ipsa belli alea inverteretur, ac
Svecicus qvidem miles Saxoniam nostram
diu multumqve premeret; Torstensonius
tamen, atqve Koenigsmarchius, maxi-
mi illi belli duces, concessi a Gustavo
Adolfo beneficii memores, Academi-
am hanc sartam te&tamqve esse jusserunt,
ejusqve possessiones, iteratis denuo edi-
ctis, a qvavis militum invasione ac tribu-
tis reddiderunt immunes; qvo de publi-
cæ, qvæ nobis reliqvæ sunt, tabulæ lo-
quuntur. Ut igitur Æneam Trojano-
rum sive Regem, sive Principem ferunt,
urbe

urbe flammis subjecta, Anchisen Patrem
humeris suis impositum, incendio surri-
puisse; ita hic tantus Rex, tantiqve ex-
ercitus imperatores, simili, ut veteres lo-
quebantur, *sοργη* affecti, hanc fidei ac re-
ligionis suæ matrem, communi eripuere
exitio, & ne hostium exponeretur ludibri-
o, suo tutati præsidio sunt, suaqve cu-
stodia defenderunt. Neqve vero inter-
ruptus postea, aut imminutus hic affe-
ctus, sed, qvæ singularis DEI gratia est,
novis subinde exemplis renovatus, & non
ita multis abhinc annis in **CARO-**
LO XI. glorioſiſimæ recordationis
Rege, vel maxime ſpectatus fuit. Ce-
lare quidem arcana Regum, ut Sapiens
ait, oportet; at beneficia illorum, qvid
impedit, quo minus grato, ut par eſt,
animo deprædicemus? Namqve incom-
parabilis hic Monarcha, cum ſeculare
illud tripudium per regna & provincias
ſuas,

... A

suas, in auspiciatam memoriam evangeli-
cæ religionis, per integrum seculum sta-
bilitæ, A. cIɔ Iɔ c x cIII. celebrasset; idem-
que festa oratione recolendum mihi, ex
decreto Academiæ, injungeretur; inusit-
tato qvodam clementiæ genere nos ex-
hilaravit, transmissio grandioris ponderis
nummo; cujus altera facies navem flu-
ctibus agitatam, & JEHOVAM pro-
pitium exhibit, cum epigraphe: JA-
CTATVR, SED TVTA TA-
MEN; altera vero hæc refert: IN FE-
LICEM MEMORIAM CONCI-
LII VPSALIENSIS, CVJVS DE-
CRETVM CENTESIMO AB-
HINC ANNO PERSECVTIO-
NI LITVRGICÆ FINEM AT-
TVLIT. cIɔ Iɔ cIII. Qvod regiæ
clementiæ monumentum inter cimelia
Bibliothecæ nostræ adhuc dum asservat-
tur. Atque his aliisque SVE CICÆ
indulgentiæ signis atqve documentis ex-
citata hæc Academia, adeo non extimuit

Augu-

Augustissimi REGIS adventum, ut vel
in conspectum ejus prodire, testari obse-
quium, & qvanta fieri debuit, animi reli-
gione deprecari tanti Principis indigna-
tionem gestierit. Obviam itaque Ipsi, no-
strum aliqui missi, in castra stativa, qvæ in
prædio, prope Lipsiam, Frisiano fecerat,
perrexi mus, ubi primum omnium RE-
GEM, in Sacris vespertinis conspicari li-
cuit; jam pfallen tem cum belli sociis, jam
submissis genibus DEV M orantem, quo
quidem adspe ctu nihil nobis accidere reli-
giosius poterat. Sic enim vel Davidem ali-
qvem contemplari videbamur, qvi, five
signa moveret, five prælio decerneret,
primum semper locum precibus ac hym-
nis dabat; vel Cæfaris aut Pompeji alicujus
castra intueri, quibus suprema lex, severior
disciplina, & qvæ hinc pendet, civium in-
columitas erat. Nihil autem vel heroum
undiqvaqve adventantium concursus, vel
ipse armatorum strepitus nobis obstitit,

B

qvo

qvo minus, compellatis ante admisionum
magistris, altero statim die, ad salutandum
Maximum REGEM admitteremur. Pre-
cum ac supplicationum nostrarum com-
pendium, salus Patriæ, & hujus in primis
Academiæ incolumitas fuit, qvæ sub tu-
tela avitorum aliquando Regum, vel in
media bellorum tempestate salva atque
incolumis perstisset. Tanta denique,
tamque luculenta gratiæ significatione
Clementissimus Rex deprecantes dimisit,
ut de supplicationum nostrarum fructu,
jamdum nobis impensisime gratulemur.
Ac hujus quidem tantæ clementiæ conciliator
haud aliis existere major poterat,
Illustrissimo Comite, CAROLO de PI-
PER, S. REGIAE MAJESTATI
A CONSILIIS SECRETIORIBVS,
ET SVPREMO MARESCHALLO,
in qvem, cum DE VS atqve Rex qvævis
heroum ornamenta congefferit, haud ta-
men a se alienum putabat, supplices a no-
bis

bis literas suscipere , & REGIS erga nos
animum infletere ac voluntatem. Tum
vero & ab aliis viris, toga sagoqve maximis
comiter excepti, singularem qvandam si-
ve voluptatem ex conspectu, sive conso-
lationem ex alloqvio & affabilitate illo-
rum cepimus, qvando uno omnes ore bo-
no nos esse animo jubebant, fortunasque
& facultates nostras, extra omnem teli-
jaetum fore, pronunciabant. Hos itaque
sive amicos sive comites Regis, velut ex-
celsioris viros ordinis observare ac colere
par erat ; at unus tamen omnium restabat,
cujus etiam ambire amicitiam, cuiusque
expetere familiaritatem, eo videbatur æ-
quius, qvo major studiorum munera qve
similitudo nobis cum eo interdere dice-
batur. Nihil proinde jucundius, nihil eve-
nire optatius nobis poterat, qvam com-
pellare REGIVM SACRORVM AN-
TISTITEM, id est : *VIRVM pie-
tate, doctrina, omniqve virtutum gene-*

re Venerabilem, D N. M. PETRVM
MALMBERGIVM, S. REGIÆ
MAJESTATI SVECICÆ a Con-
fessionibus & Concionibus primariis, Con-
sistorii Aulico-Castrensis Præsidem & Sym-
mystarum Castrensium Superintendentem
Gravissimum; cuius Viri tanta erga nos
benevolentia, tantumque benemerendi
studium fuit, ut qvibus vel compensare
officiis, vel demereri studiis singularem
hunc affectum deberemus, haud qvaquam
confiterit. Commodum autem accidit,
ut nudius tertius, ad nos diverteret Ve-
nerandus Præful, LVTHERI cathe-
dram, ipsiusque emendatæ religionis se-
dem, qvo fuit desiderio, visurus. Qvare ut
qvalecunqve grati animi testimonium re-
linqueret Academia, HONORES in
Theologia SVMMOS huic tanto Viro,
per consensum Collegii nostri, impertiri,
cum aliud redhostimenti genus non inveni-
ret, decrevit. Sive enim excellentem hujus

Viri

Viri doctrinam & merita perpenderet,
tanta quidem illa, in REGEM, Patriam
& universam Ecclesiam esse cognoverat,
ut VENER. FACULTAS THEO-
LOGICA VPSALIENSIS jam an-
te biennium, justum virtuti MALM-
BERGII pretium statuere, & vel absen-
ti conferre hoc decus, unanimi consensu
definierit ; Sive feruorem, studiumque
purioris doctrinæ, atque emendatoris vi-
tæ pensitaret, ultro apparet, quantum il-
lud fidei atque integritatis exemplum esse
oporteat, quod tam Religioso PRIN-
CIPI datum divinitus, tantoque gregi
in doctrinæ vitæque normam, præpositum
fuit ; Sive denique ipsius amplitudi-
nem muneris respiceret, non Laurea, sed
Purpura condecorandum censuit, qui
tantam tamque splendidam Episcopi di-
gnitatem sustineret. Ut vero & exteri,
& qui olim futuri sunt posteri, quantus hic
Candidatus noster fuerit, intelligent; mo-

re institutoqve majorum, Vitam & res gestas ejus, at citra ambitum referam; cum commendari prolixius nolit, qvi omni commendatione nostra superior est. Itaque c I o I o c L I I I. d. vii. Februarii st. v. natus, M A L M B E R G I V S, simul ac Ephebus factus esset, in Scholam primum, & dehinc in Gymnasium Stregnense concessit, ubi Regio sustentatus beneficio, ita profecit, ut prodire in publicum & sub Lectorum Publicorum praesidiis, vel septies, sub D. Godoschalco Tranæo autem, Professore Theologo insigni, Praeceptore & per triennium Hospite suo perbenigno, ter, ex Theologia disputare, pulcrum sibi ac perhonorificum duceret. Jactis itaque præclaris literarum ac scientiarum fundamentis dignus omnino habitus est, qvi c I o I o c L X X I I. in Academiam Vpsaliensem se reciperet, atqve altiora, qvæ vocamus, studia urgeret. Nevero illotis, quod a junt manibus, ad sacratiora illa Theologiæ

ādūta

*adūta accederet, Philosophiæ initio &
Lingvarum OO. studiis justum aliquod
tempus impendit; cuius rei eximum
qvoddam specimen edidit, habita sub Præ-
ficio CL. V. Andreæ Grubbi Lingv. O-
rient. Prof. Publ. Disputatione, qva cap. I.
& II. Genesios, ex Theologia æque ac Phi-
lologia illustravit. Huic enim Viro, nec
non Tersero, aliquanto familiarius se ap-
plicabat noster, atque in hoc ipso studii ge-
nere duces fidelissimos habebat. Nam,
qvod, auditio qvondam Capnione, Græce
doctissimo, Argyropylum dixisse ferunt:
Greecas literas transvolasse Alpes; idem
de omnibus plane literis scientiisqve in
Sveciam translatis affirmes, qvippe qvas,
constat, in frigidioribus terrarum partibus
vel maxime fervere. Illustria enim illa
Scheferorum, Norcopensium, Arrheniorum,
aliorumque, cum nomina, tum merita, qvæ
in rempublicam literariam immortalia ex-
tant, qvotus qvisqve inter eruditos est,
qvi*

qui ignoret. Omitto *Liungios*, *Fornelios*,
Aurivillios, *Columbos*, quorum ad nos pri-
dem fama dimanavit, quibusque maximam
eruditio[n]is & fortunae literariae partem se-
se debere, memori noster animo fatetur.

- * Nam sub *B. Petr. Liungii* Philos. Pract.
Professoris Praesidio, de *Libertate arbitrii
humani* publice, nec sine applausu dispu-
tavit ; moderante autem *Columbo*, Poef.
Professore, de *Origine & aetate mundi* dis-
sertationem eruditissimam elaboravit, vi-
amque sibi ad Gradum Magisterii munivit,
quem etiam, praemesso ante examine rigo-
roso, ab *Arrhenio* Promotore, qui nomine
Ornhielm, & insignibus præterea eqvestri-
bus condecoratus fuit. A. LXXIX. obti-
nuit. Hoc, quasi itinere confecto, ad sa-
crum illud Theologiæ culmen proprius
accessit, & maximos qvidem in hac scien-
tia viros, *D. Lithmannum*, postea Stre-
gnensium Episcopum, *D. Brunnerum*, *D.
Schunchium*, τες νῦν ἐν ἀγλοῖς, &, qui
hodie

hodie per DEI gratiam supereft, D.
ERICVM BENZELIVM, olim
Professorem Theologum, nunc Reve-
rendissimum Ecclesiæ Svecicæ Archi-
Episcopum, Virum utique summum, &
orthodoxæ veritatis acerrimum vindi-
cem, quem DEV.S. omnibus bonæ
causæ assertoribus, sospitet! duces atque
magistros nauctus est. Sub horum itaque
ductu quasvis Theologiæ partes feliciter
peragravit, atque horum aliquando ex-
mini submissus, solidi Theologiæ cultoris,
vel, ut nos loquimur, CANDIDATI
Theologiæ, nomen elogiumque fufultit.
Atque intra hoc tempus, ſæpe e suggestu
ad populum sermones habuit Noster, ali-
quando etiam oratorem Academicum
egit, & abeuntem ex Academia *B. Lith-
mannum*, Theologum meritissimum, fo-
lenni oratione prosecutus est; ut ne plura
in præſenti commemorem. Nec potuit
diutius latere virtus tot ingenii monumen-
tis cognita, quin favitores undiquaque

C maxi-

maximos, & Patronos tandem promoto-
resqve fortunæ indulgentissimos inveni-
ret. Ac primus qvidem ad sacram provin-
ciam gradus erat, cum c I o I o c LXXXI.
Regiæ satellitum custodiæ preficeretur
Sacerdos, non sine omni, hunc tantum
Virum, pro illustri aliquid persona-
rum, ac ipsius tandem Regis salute, sacras
acturum excubias. Nam sexennio vix
elapo, SERENISSIMÆ REGINÆ
VIDVÆ, HEDVVIGIE ELEONO-
RÆ a confessionibus & concionibus sacris
esse jussus est, accedente Consistorii Au-
lici dignitate, qvam cum magna omnium
approbatione sustinuit. Dehinc c I o I o c
XCVI. ad Pastoris Holmiensis amplis-
simam evocatus provinciam, non potuit
ante capessere munus, nisi more recepto,
rigidius, qvod vocant, examen ipsius Ar-
chi-Episcopi B. SVEBILII & Vener.
Facultatis Theologicæ Vpsaliensis subi-
ret; qvo quidem fortiter & maxima cum
laude exantlato, ad gravissimum hoc mu-
nus

nus solenniter introductus; dignusque vel
maxime habitus est, qvi Holmiensis asses-
sorem Synedrii simul ageret, gravissimas-
qve Ecclesiæ causas definiret. Cum itaque
duobus maxime Præsulum ornamentis :
puritate doctrinæ, vitæqve sanctimonia
per Ecclesiam inclaruisset noster, unus
omnium ex tanto Virorum clarissimo-
rum numero videbatur idoneus, qvi RE-
GI jungeretur propius, & Sacris ejus
compestribus moderandis, ante hoc bien-
nium, admoveretur. Qvod munus quam
arduum sit, qvasqve animi corporisqve
vires exposcat, nemo paulo cordatiornon
intelligit, indignumqve judicat, promeri-
tum huic tanta virtuti pretium non consti-
tui. Postquam igitur his diebus suam nobis
præsentiam indulisset, & nudius tertius
colloqvio nostro, ex ritu Collegii, ultro sti-
tisset sese, gravissimosqve casus, & fidei
controversias solide, & ad veritatem ac-
commode decidisset; implorato, ut par-
est divino Numine, Gradus quem voca-
mus,

mus, LICENTIATI, Amplissimo huic
nostro Candidato, ex merito, solenniter-
que collatus est. Itaque denuo, & ex veteri
formula; publico Ecclesiæ & Collegii nostri
suffragio testor, TE, PETRVM MALM-
BERGIVM, pietate, doctrina & virtute
ornatisimum VIRVM, SS. Theologie LI-
CENTIATVM solenniter creatum ac
renunciatum esse, adeoque pro tali TE ab
omnibus habendum esse, significo, quam
primum etiam insignia Tibi Doctoralia
collatum iri, confirmo. Quod supereft, Pa-
trem Domini nostri IESV CHRISTI in
Spiritū S. imploro, ut publicum hoc testi-
monium TIBI tributum praeclaris Spiritus
S. donis, cœlestibus velut insignibus confir-
met, TEque organum gratiæ suæ perpe-
tuum esse jubeat! quantum vero ad nos at-
tinget, publicas æque ac privatas calamita-
tes mitiget, circumfrentes undiquaque
clades hinc arceat, animos maximorum
REGVM ad concordiam flectat, Patriæ-
que salutem & publicam tranquillitatem
restituat! AMEN. PP. Dom. XXI.
TRINIT. cIo Icccvi.

Ye 3447




3

Sb.

V517

03, 2001 6d,





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Centimetres
Inches

De Meritis regum Suecicorum in Academiam Wittbergensem

Q. D. B. V.

FACULTATIS THEOLOGICÆ,
IN ACADEMIA WITTENBERGENSI,
PRODECANVS,
IO. GEORG. NEVMANNVS,
SS. Theol. D. Ejusdemque P. Publ. Confessorii Electoralis
Ecclesiastici Assessor, & Acad. Bibliothecarius,
VIRO SVMME REVERENDO, MAGNIFICO
ATQVE AMPLISSIMO,
DN. M. PETRO MALMBERGIO,
SVDERMANNIA-SVECO,
SACRÆ REGIÆ MAJESTATI SVECICÆ
Confessionibus & Concionibus primariis, Confessorii Au-
lico-Castrensis Præsidi Gravissimo, Symmystarumque
Castrensium Superintendenti, undiquaque
meritissimo,
SAL. PLVRIMAM DICIT,
EIDEMQVE
LICENTIAM
AD CONSEQUENDOS SVMLOS IN THEOLOGIA HONORES,
OB DOCTRINÆ ET MERITORVM, QVÆ IN ECCLESIAM
EXTANT, GLORIAM,
B SVMAM, IN FIDE ORTHODOXA, CONSSIONEM,
ET SACRI MVNERIS AMPLITUDINEM ET SPLENDOREM,
EX ACADEMÆ DECRETO, ET COLLEGII
THEOLOGICI CONSENSV
CONFERT.

WITTENBERGÆ, Literis GERDESIANIS.

